# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# Elegantia[rum] viginti precepta ad perpulchras co[n]ficienda epistolas


### Aegidius <Suchtelensis>



### [Coloniae, 1490

urn:nbn:de:bsz:31-131235



Visual Library

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

gefördert
durch

Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

42 A 1932, 15

RH

Nr 3: Copinger 2152
WR 283
Nr. 4: WR 284
Nr. 5: WR 285

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Aegidius Suchtelensis

E.M

3.

# Elegantiaꝝ viginti pꝛecep ta ad perpulchꝛas cōficien das epiſtolas.

Ex Pauli Niavis.
al.
Schnevogel.

WR 283

Copinger 2152

Z0

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

# D cōficiendas elegā

ter epiſtolas pauca ſcitu digniſſima. ex clariſ
ſimoꝝ oratoꝝ preceptis electa. tibi memorie
ſummopē ſtꝫ ꝯmendanda. que ſi frequēti vſu.
ſummaqꝫ attentione practicanda animaduerteris. nō paꝝ
fructus in dicendo ⁊ ſcribēdo ꝯſequeris. Bñ ſcribere epiſto
las. ⁊ eleganter dicere tribus rebus ꝯpantur. ſcꝫ arte. imita
tione. ⁊ exercitatione id eſt vſu. Ars ꝯſiſtit in regulis grāma
tice. ⁊ in preceptis elegantiaꝝ atqꝫ rethorice. Ideo poſt rui
des grāmatice regulas hec leganꝰ precepta. Imitatio vero
ꝯſiſtit in aſſidua ⁊ attēta auditione atqꝫ lectione doctoꝝ ac
eloquētium viroꝝ audiendo nāqꝫ et legendo electas ſn̄ias
doctiſſimoꝝ eloquentia ꝯpatur. teſtante Auguſtino dicen
te. Ad ꝯpandam eloquētiam magis ꝓdeſt ſi quis eloquen
tes audiat ⁊ diligenter legat. q̄ꝫ ſi circa artis precepta ſe occu
pet. Exercitatio ꝯſiſtit in ꝯtinuo vſu. ⁊ ꝯſuetudine dicendi ⁊
ſcribēdi. In omni nāqꝫ diſciplina infirma ē artis ⁊ regulaꝝ
preceptio ſine ſummo illaꝝ vſu ⁊ exercitatiōe. Nulla eñi res
tantū ad eleganter dicendum ꝓficit quātum crebra ſcriptio.

## Primum preceptum eſt de

adiectiuo et ſubſtantiuo, cuius ſunt quinqꝫ puncta. ¶ Pri
mum eſt. Adiectiuum venuſte precedit ſuum ſubſtantiuū.

¶ Exemplum.

Optima virtus Diuinum ingenium.
Tua dignitas Excellens prauitas.

¶ Secundum. inter adiectiuū ⁊ ſubſtantiuū pulchre poniꝰ
genitiuus. ¶ Exemplum.

Magna prauoꝝ hominum malicia regnat.
Preclara ſtudioſoꝝ ingenia laudantur.
Varios multiformeſqꝫ planetarum effectus in iſtis inferio
ribus videmus. ¶ Tercium inter adiectiuū et ſubſtantiuū
eleganter poniꝰ relatiuū cum ſuo v̄bo ꝑ modū perentheſis.
Eſt autem perentheſis elegans interpoſitio ſn̄ie. qua remo
ta ſermo manet integer. ¶ Exemplum.

Honeſta eſt (que a paucis colitur) philoſophia.
Utilis eſt (quam plerique cupiunt) pecunia
Video paratas (quas horreo) guerras

4 Quartum inter adiectiuū ⁊ ſubſtantiuum q̄ꝫ venuſte ponit̄ ꝑpoſitio cū ſuo caſuali. ¶ Exemplū. Maximā in republica diligentiā habeto. ¶ Summū in rethorica ſtudiū facito ¶ Maximas ꝓ beneficijs receptis gratiaꝝ actiones agito

5 Quintū punctum inter adiectiuū ⁊ ſubſtantiuū qn̄qꝫ nomē qn̄qꝫ ꝟbum. qn̄qꝫ alia ꝑs collocatur. ¶ De noīe exemplum. ¶ Summā quidem maria leticiam in annunciatōe recepit ¶ De verbo. Multa legiſti doctoꝝ volumina ¶ De aduerbio. Et in virum tandem peritiſſimū euaſiſti. Et caueas ne adiectiuū nimium elongetur a ſuo ſubſtantiuo. quia hoc vicio non careret.

## Secundum preceptū eſt de

relatiuo ⁊ antecedente. cuius ſūt duo puncta. ¶ Relatiuū cū ſuo ꝟbo pulchre in principio ſermonis locat̄. et antecedenti ſuo preponitur. ¶ Exemplū Quā iam pridē optaui poeticā ſtudio facultatē. ¶ Quē maxima cū diligentia ſcripſi virgilium tibi ꝯcedo. ¶ Quas habeo tecū amicicias multi laudant. ¶ Oratores ꝓ elegantia id vſurpant. vt an̄s cum ſuo relatiuo concordet. ſed cum verbo vel adiectiuo diſcordet. ¶ Exemplum. Quas mihi dediſti lr̄as fuere ſuauiſſime. qđ alij ſic. dediſti mihi lr̄as. que fuerūt ſuauiſſime. Quas tecū peperi amicicias mihi fuere gratiſſime. ¶ Uirgilius. Urbē quam ſtatuo veſtra eſt ſubducite naues. ¶ Therentius Ut placerēt populo. quas feciſſet fabulas. ¶ Scriptura Sermonem quem vos audiſtis non eſt meus.

## Tercium preceptum eſt de

ſuppoſito verbo et obliquo. cuius ſunt quattuor puncta. Perfecta oratio grāmatica tribus conſtat partibus ſuppoſito verbo et obliquo. que ꝑtes more oratoꝝ ſic ordinantur.

1 Obliquus in principio. ſuppoſitum in medio. verbum in fine venuſte locetur. ¶ Exemplum.

Pulſantibus et pſeuerantibus ianua aperitur.
Karthaginem ſcipio affricanus deleuit.
Pluribus rebus ad regendam rempublicam politicus indi
get. ¶Secundū punctū. Omnis obliquus eleganter ſuo
regenti preponit. iſtud eſt magis vniuerſale. et p iſtud p̄cep
tum gtūs frequētiſſime precedit ſuū regens. ita datiuus ⁊ ce
teri obliqui. vt patet in exemplis ſequentibus.
¶De genitiuo. Judicis eſt ſemp in cauſis veꝝ ſequi. pa
troni eſt non nūqꝫ ſequi veriſimile. Regum populoꝝ ⁊ natio
num ſenatus portus erat et refugium. ¶Item noctis tem
pore venit amici cauſa.
¶De datiuo. Dijs parentibus et magiſtris non redditur
equiualēs. Meis ad te ſcriptis litteris accuſare reſpondiſti.
¶De accuſatiuo. Patrem ſequitur ſua proles. Degene
res animos timor arguit.
¶De ablatiuo. Ea ratione ad ſciaꝝ ſtudium acceſſimus
vt bonaꝝ artium virtutem conſequamur.
¶Tercium punctum. inter ſuppoſitum et ꝟbum ſepeſepius
omnes obliqui vel plures mediant perornate. ¶Exemplū.
Ceſar magis facundia in exhortando milites qꝫ fortitudi
ne monarchiam imperij adeptus eſt. Therentius. Hic pra
ue ꝯſuetudinis cauſa huius mortē fert qꝫ familiariter. Ego
hoīes magis ꝟtutibus preditos ſummopere diligo.
¶Quartum punctum. inter ſuppoſitum et ſuum verbum ele
gantiſſime ponitur relatiuū cum ſuo verbo per modum pa
rentheſis. ¶Exemplum.
Sapientia (que a pleriſqꝫ ꝯtemnitur) eſt omni auro precio
ſior. ¶Amicicia tua (quam multis officijs pateſeciſti) facit
vt omnia inter nos debeant eſſe ꝯmunia.
Cicero (qui in dicendi facultate tanqꝫ ſolis iubar effulſit)
archipoete reddidit hereditatem. miloni vitam donauit. et
ceſaris animnm ſibi conciliauit.
¶Item Therentius. Uirtus tua vel vicinitas (qd ego in
ꝓpinqua pte amicicie puto) facit vt te familiariter moneam.
¶Item Uirgilius. Aſt ego. qui diuū incedo regina iouiſqꝫ

et ſoror et coniux vna cum gente tot annos bella gero.

# Quartum preceptum eſt de mutanda oratione vnius modi in aliam.

Orationem ex ꝟbo finiti modi. ꝙ vel vt precedēte mutabis eleganter in orationem ex accuſatiuo ⁊ infinitiuo. hoc eſt appellatum elegantiſſime in dictum. ¶ Appellatum eſt oratio ſuppoſiti et appoſiti. ꝙ vel vt precedente. Exemplum. Ꝙ filij parentibus obediant eſt laudabile. ¶ Item dictum eſt infinitiuus cum accuſatiuo ante ſe. vt, filios obedire parētibus eſt laudabile. ¶ Simplex grāmaticus dicit.

Scio ꝙ deus iam punit damnatos.
Audiui ꝙ tu ſcripſiſti litteras.
Accepi ꝙ dux debellabit regē. ¶ Hoc orator dicit elegātius
Scio deum iam punire damnatos.
Audiui te litteras ſcripſiſſe.
Accepi ducem debellatum ire regem.
Uel debellatum eſſe regem.

¶ Et debet hic ſeruari vt in hac mutatione nō varietur tempus. ſed pñs indicatiui vel optatiui mutetur in pñs infinitiui. preteritum in p̄teritum. futurum in futurum. ¶ Item vt actiuum in actiuum. et paſſiuum in paſſiuum.

¶ De actiuo.

Therentius. ¶ Meum natū rumor eſt amare loco huius. rumor eſt ꝙ meus natus amat.
Chremes venit clamitans indignum facinus comperiſſe ſe pamphilum ꝓ vxore habere hāc. In qua oratione ſunt duo dicta. ⁊ valeat iſtam. Chremes venit clamitans ꝙ ipſe comperit indignū facinus. ꝙ pamphilus ꝓ vxore haberet hāc. ¶ Item exemplū de futuro. Timeo petrum lingua ſua praua famam meam labefactum ire. id eſt ꝙ lebefaciat.

¶ De paſſiuo.

Therentius. ¶ Qui poſtq̄ꝫ audierat filio ſuo non datum iri vxorem loco huius. ꝙ vxor non dabitur filio ſuo.
Nota ꝙ eadem ſententia exprimitur tam in actiuo q̄ꝫ in paſ

ſino ꝑ futurum indicatiui.ꝑ futurum infinitiui.et ꝑ futurum ꝑticipij. ¶ Exemplum. Audiui ꝙ rex francie inuadet flã driam. Audiui regem francie inuaſum ire flãdriam. Audiui regem francie inuaſurum flandriam.

¶ Ita quoqꝫ eadem ſententia exprimitur per preſens indicatiui.ꝑ preſens infinitiui.et ꝑ preſens ꝑticipij. Et ita ꝑ preteritum.licet hoc varietur in ꝑticipio. Et ſicut poſitum eſt exemplum in actiuo.ita in paſſiuo. Diligens preceptor ꝑ varia practicabit exempla.

# Quintum preceptum ē de

poſitione modi ꝓ modo. ¶ Futurum ꝯiunctiui pulchre quã doqꝫ ꝓ futuro indicatiui ponitur.ita quoqꝫ preteritum coniunctiui ꝓ preterito indicatiui.et ita de preſenti.

¶ Exemplum.

De futuro. Semꝑ ego ꝓuidero ne tuam offendero amiciciam.id eſt ꝓuidebo ne offendam. ¶ De p̄terito.

Dixerim pro dixi reperitur. ¶ De preſenti.

Velim ꝓ volo ponitur. ¶ Item negligentem cum feceris ꝓ facies. Item morem tibi geſſero.ꝓ geram. Item ſi famã meam defenderis ego te amauero.ꝓ amabo. ¶ Therentius.

Ne lacrima crede inꝙ̃ mihi.aut ꝯſolando.aut conſilio aut re mea iuuero pro iuuabo. Item ſi pergis abiero.pro abibo

Preſens infinitiui reperitur plerumqꝫ apud poetas et oratores poni ꝓ preterito impꝑfecto indicatiui.quod magis nobis mirandum ꝙ̃ imitandum ſentio. ¶ Virgilius.

Nos pauidi trepidare metu crines et flagrantes excutere et ſacros extinguere fõtibus ignes.ꝓ nos trepidebamus nos excutiebamus et extinguebamus ignes. ¶ Therentius.

Inuidere omnes mihi mordere clanculum.ego floxipendere. Pro omnes inuidebant mihi et mordebant.et ego floxipendebam. ¶ Saluſtius.

Reges populiqꝫ finitimi bello temptare pauci ex animis auxilio eſſe. Pro reges temptabant et pauci erant.

Similes orationes tu ꝙ̃plurimas comperies.ſed nequaꝙ̃ in vſum tuũ ducas. Non em̃ congrue dicit̃.qñ ego ſcribe

re petrus ludere.ꝓ quãdo ſcribebam petrus ludebat.

## Sextum preceptum eſt de

ꝙ. Magnopere aduertendū eſt vt a noſtris colloquiȷ̃s hãc cõiunctionem ꝙ abiȷ̃ciamus. ¶ Grãmaticus dicit inepte. Moneo ꝙ tu ſcutum debitum mihi ſoluas. Rogo ꝙ tu me cū prandeas. Uolo ꝙ filius meus obediat magiſtro. ¶ Orator dicit eleganter. Moneo tu ſcutū mihi debitum ſoluas. vel te ſoluere. Rogo tu mecum prandeas. vel te mecum prandere. Uolo filius meus obediat magiſtro. vel obedire magiſtro. ¶ Therentius Sed pater adeſt. caue te triſtem eſſe ſentiat. ¶ Si me metuis mores caue in te eſſe ſentiam iſtos ꝓ ne ſentiam. ¶ Hic nota ꝙ iſta quattuor verba. caueo. vereor. timeo. metuo idem ſignificant cum ne ſine ne.

¶ Exemplum.

Caue pater te triſtem eſſe ſentiat idem ſunt. Jta quoqꝫ. vereor pater mihi pecunias mittat. et vereor ne pater mihi pecunias mittat.

## Septimum preceptū eſt de

ablatiuis abſolute poſitis. ¶ Nota ꝙ ablatiui abſolute poſiti in deſignatione conſequētie. cum orationes plurimum dilucidant. tum et cum venuſtate ſ̃monis breuitatem afferūt. Cum dum quãdo quin ſi niſi quia donec cꝫuis nūqꝫ. ⁊ pauca ſimilia creberrime poſt ſe requirunt orationem cõiunctiuam. quam alia oratio ꝯiunctiua ſequitur. interdum vero indicatiua vel imperatiua eiuſdem temporis.

¶ De preſenti.

Uirgilius. Dum fata ſinant. viuite leti. Therentius. Dum in dubio eſt animus paulo momento huc et illuc pellitur.

¶ De preterito.

Si romano imperio carthago ter non rebellaſſet penitus deleta nõ fuiſſet. ¶ Si celum rueret nulla feſtuca maneret.

¶ De futuro.

Cum ego vixero dies fatatas moriar. ¶ Therentius. Si ſenſero te quitꝙ̃ꝫ fallacie conari in piſtrinum te dedam.

Omnis oratio ꝯiunctiua vel indicatiua. precedente aliqua iſtaꝝ dictionum. cum dum quādo ſi quia. ꝛc. pulcre mutat̄ in duos ablatiuos abſolute poſitos. quoꝝ vnus ſit nominalis alter participialis.

¶ Hic ſeruandū eſt ꝙ actiua oratio mutetur in ꝑticipia ſua preſentis temporis. Et paſſiua oratio in participia p̄teriti temporis. quod participium trahitur ad oēm differentiam temporis ſ̄m exigentiam verbi adiuncti. Et ideo talis ablatiuus in reſolutione mutabitur in illud tempus cuius eſt verbum adiunctum. ¶ Exemplum.

Facerē hoc. patre ſcribente. id eſt ſi pater ſcriberet. Feciſſem hoc patre ſcribente. id eſt ſi pater ſcripſiſſet. Faciā hoc patre ſcribente. id eſt ſi pater ſcribit vel ſcripſerit. Participia em̄ ſignificant cum tp̄e limitabiliter. vt ſtudens ꝓficio. ſtudens ꝓfeci. ſtudens ꝓficiam. primum ſtudens eſt p̄ſentis temporis. ſcōm preteriti. tercium futuri. ¶ Exemplum precepti.

¶ Grāmaticus dicit.

Quando roma florebat vt ſcipio affricanus regnabat tunc reſpublica bn̄ gubernabat̄ et carthago penitus delebatur.

¶ Poſtq̄ fluxiſſent pauci anni. ⁊ pompeius cū iulio diſſenſiſſet ſumma ciuilis diſcordia regnare cepit.

Quādo vero bellum parabatur. ⁊ pompeius vicebatur. iulius ceſar monarchiam imperij romani ſolus adeptus eſt.

Iſte ſententie magis eleganter exprimentur. mutando ſuppoſitum ⁊ appoſitum in duos ablatiuos ſic.

¶ Orator eleganter dicit.

Rhoma florente atq̄ ſcipione affricano regnante. tunc reſpublica bene gubernabatur. ꝛc. Paucis fluentibus annis. pompeio et Iulio diſſentientibus. ſumma ciuilis diſcordia regnare cepit. Bello vero parato. et pompeio deuicto. Iulius ceſar monarchiam imperij romani ſolus adeptus eſt.

¶ Ad quid gerundia ſupina ⁊ participia ſunt inuenta.

¶ Gerundia ſupina et ꝑticipia ſunt inuenta vt duo vel tres vel plures actus attribuantur vni ſuppoſito ſine ꝯiunctione media. ¶ Grāmaticus inepte dicit.

Marcus Cicero puerilib⁹ annis poetice vacabat ⁊ poſtea

ſolutam orationem amabat. ꝛ precepta dicendi auidiſſime ꝓſequebatur. ¶ Qui mira ingenij claritate pollebat ꝛ opa ſua multos ſaluabat. ꝛ incredibili ſuauitate perorabat. Hic ſex actus vni dantur ſuppoſito. qui hoc pacto venuſti us ordinantur. primum in participio. ſcḋm in v̓bo. tercium in gerundio ponatur. Et interponendo nec non alios tres eodem modo ordinentur.

¶ Orator pulchre dicit.

Marcus Cicero puerilibus annis poetice vacās voluenti bus annis ſolutam orationē amabat precepta dicendi aui-diſſime ꝓſequendo. Nec non mira claritate ingenij pollens opa ſua multos ſaluabat incredibili ſuauitate ꝑorando.

## Octauū preceptum eſt de

gerundijs. ¶ Gerundia multo venuſtius ſine regimie ꝙ̄ cū regimie ponunt̄ ſub ꝯuenientia triū ſicut adiectiuū ꝛ ſubſtā tiuū. ¶ Elegantius dicit̄. Ueni pariſius ſtudendi iuris cau ſa. Audiende poetice grā. Uado ad ſcribendos libros. Ad ſcribendas lrās. Ad ſcribēda vlumina. ꝙ̄ ſi diceret̄. ¶ Ueni pariſius cauſa ſtudēdi ius. Grā audiendi poeticam. ¶ Ua-do ad ſcribendū libros. ad ſcribendum litteras. ꝛc̄. ¶ Ita or natius dicitur. Gerendoꝝ belloꝝ grā venit princeps. ꝙ̄ ge rendi bella gratia venit. Sic audiendarum fabulaꝝ locus non eſt eccleſia pulcrius dicitur. ꝙ̄ audiendi fabulas locus non eſt eccleſia. ¶ Probatur autoritate.

Ciceronis. Tu ſ accupidus mei videndi ſis. Non dicit cupidus me videndi.

¶ Probatur auctoritate Scripture.

Ad currendam viam. et non ad currendum.

Item ad dandam ſcientiam ſalutis. et non ad dandum.

¶ Hoc in loco perutile eſt ꝯmemorare drām gerundioꝝ in di do et dum. Et ꝙ gerundia nullū caſum regant ante ſe et hn̄t oēs caſus p̄ter vocatm̄ in ſingulari ꝛ plurali. et ideo pn̄t ꝯſtrui cū caſibus a ꝑte poſt ſine regimie ſub ꝯuenientia triū ſcꝫ vt adiectiuū et ſubſtantiuū. ¶ Poſita ſunt exempla de ge rundijs in di. In quibus clare vides conſtructionem eoꝝ

cum noīe ſubſtantiuo precedente ſcȝ cauſa.gratia.locus.cu
pidus.ꝛc.et cum caſibus ſequētibus tanq̄ȝ adiectiua cū ſuis
ſubſtantiuis. ¶ De gerundijs in dum. Vado ad audiendā
miſſam. Ad audiendos ſermones. Ad audienda mandata
Elegantius dictū eſt q̄ȝ vado ad audiendum miſſam.ad au
diendum ſmones ꝛc. Ita quoqȝ famulus noſter iuit ad emē
dos piſces.ad vendendas veſtes.ad videnda ſpectacula.

¶ De gerundijs in do. Pro ꝯficiendo ſmone. Pro con
ficienda epiſtola tota nocte laboraui. Pro ꝯponendis lite
ris totam noctem inſomnē duxi. Venuſtius dictū eſt.q̄ȝ ꝓ
ꝯficiendo ſmonem.ꝓ ꝯficiendo epiſtolam ꝛc. ¶ Ita etiam.
Ex ꝯtinuando in poetica labore bonum delectabile. Ex cō
tinuando diligenter mercatore bonū vtile. Et ex ꝯtinuan
do omnium virtutum officio.bonum honeſtum ꝯparatur.

¶ Gerundium in dum prepoſita illa prepoſitione inter ele
ganter ponitur loco preteriti imperfecti ꝯiunctiui prepoſito
iſto aduerbio dum. ¶ Exemplum.
Inter cenandum multas audiui facetias.id eſt dum cenarē
Inter ambulandum occurrit mihi lepus.i.dum ambularē

¶ Gerundia in do plerumqȝ cū prepoſitione p̄cedente. Et
ſepe ſine ea abſolute ponuntur. ¶ Exemplum prioris.
Qui reipublice gubernationē ſuſcipiunt facilitatē in audien
do.humanitatē in agendo.ꝓmptitudinē in ſatiſfaciendo ſer
uare debent. ¶ Exemplum poſterioris.
Non aūt reipublice legiſperiti deficere debent dicendo con
ſulendo ꝑſuadendo iuuando.q̄m ꝯſultando quid expediat
inquirit. Item ꝑtes audiendo teſtes examinando iuſticia
amminiſtrat. ¶ Gerundia in dum ſepiſſime cū eſt ꝯſtructa
actus neceſſitatem important. ¶ Exemplum.
Therentius ita res erat faciendum fuit. ¶ Item ſummū in
rethorica ſtudium habendum eſt. In dei ſeruitio ꝑſeueran
dum eſt.i.neceſſe fuit ita fieri.neceſſe eſt habere et ꝑſeuerare.

¶ Item cum ea quidem rōne nati ſumus vt aliq̄d dignum
viro a nobis tractandum ſit. Non eſt igit nobis negligen
dum ſed nobis diligenter ꝓcurandum. vt officioſum ſemꝑ
aliquid ſit agendum. Nec ꝯtra naturā eſt pugnandum.veꝝ

in recto ꝓpoſito ſemꝑ permanendum eſt.

## Nonum preceptum eſt de

ſupinis. ¶ Priora ſupina conſtructionem petunt cum ꝟbis ſignificantibus motum ad locum.

Hic nota ꝙ verba ſignificantia motum ad locum quaſi in differenter ꝯſtruuntur cum priori ſupino cum gerundijs in dum et participio futuri temporis in rus.

Uado venatum lepores.
Nihil refert ſi dicas. Uado ad venandum lepores.
Uado venaturus lepores.

Item famulus ibit venditum oleum. ibit ad vendendū oleum. ad vendenda vina. Et ibit venditurus oleum.

¶ Poſteriora ſupina conſtructionem petunt cū quibuſdam adiectiuis paſſionemqꝫ potius ꝙ̃ actionem ſignificant.

¶ Exempla ſunt hec. Hoc eſt facile factu. id eſt vt fiat. Illud eſt difficile intellectu. id eſt vt intelligatur. Hec fabula digna eſt auditu. id eſt vt audiatur.

¶ Hic accipiet ꝯtra barbaros grāmaticus dicētes ꝙ poſteriora ſupina conſtruant̄ cum ꝟbis ſignificantibus motū de loco. vt venio luſu. venio pranſu. ¶ Arguitur ꝯtra eos ꝑ virgiliū dicentē. Nec facilis viſu. nec dictu effabilis vlli. ¶ Per Therentium. Sum extra noxam. ſed non eſt facile excuſatu. ¶ Per Tulliū. Difficile eſt dictu ꝙ̃ ope ꝯſiliet animos comitas effabilitaſqꝫ ſermonis.

## Decimum preceptum eſt

Vt aduerbium ſepe numero inmediate ante ꝟbum locetur niſi ſit ꝯpatiuū vel ſuplatiuū. qḋ venuſte in fine ponit̄. Exempla ſunt. Fortiter patris equus currebat. Studioſe iohannes laborabat. Sed mei patris equus currebat fortiſſime. Iohānes in poetica laborabat ſtudioſiſſime. Item que mihi diligenter mādaſti facere curaui ſtudioſiſſime. ¶ Aduerbium ꝙ̃ cum poſitiuo ⁊ ſuplatiuo. nunꝙ̃ vero cum ꝯpatiuo venuſte ponit̄. ¶ Exempla ſūt. Quā multi hoīes et ꝙ̃ plurimi indocti grauiter errāt in via moꝝ. et non ꝙ̃plures

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

hoīes ſꝫ bn̄ ꝯplures hoīes errant. ¶ Itē q̄ꝫ cito et q̄ꝫ cetiſſi-
me rogo faciatis. ⁊ nō q̄ꝫ citius. ¶ Aduerbia poſitiua ꝯpa-
tia ⁊ ſuplatia locutiōes noſtras plurimū exornāt. ¶ Exem
pla ſtꝫ. Caute etiā prudenter ꝯmode liberaliter atqꝫ mag
nifice magiſtratu te ſp̱ habuiſti. Neqꝫ etiā accuratius neqꝫ
virilius vel ꝯmodius a te fieri potuiſſet q̄ꝫ actū eſt. q̄ꝫ peritiſ
ſime rectiſſime atqꝫ magnificētiſſime rēpublicā gubernaſti.

# Undecimū preceptū eſt de

participijs. ¶ Participium ponitur eleganter loco relatiui
et ſui ꝟbi p̄ntis preteriti ⁊ futuri in recto et in obliquo. ¶ Ex
emplum de recto. Ut in loco huius. Pleriqꝫ de republica
bene meruerūt. qui ſtipendiū non accipiunt nec accipiēt vel
acceperūt. Elegātius dicit̄. Pleriqꝫ de republica bn̄ merue
rūt. nullū ſtipendiū accipiētes vel accepturi. ¶ Exemplū de
obliquo q̄ꝫ plurimos noſco ſcolaſticos qui nihil ꝓficiūt nec
ꝓficiēt ſꝫ tempus ⁊ impenſas ꝑdunt. Elegantius dicit̄. q̄ꝫ
plurimos noſco ſcolaſticos nihil ꝓficientes nec ꝓfecturos.
ſꝫ et tēpus et impenſas ꝑdentes. Cauſa huius precepti. eſt
quia ꝑticipium includit in ſe hoc relatiuū qui. ⁊ ſuū ꝟbum.
igit̄ loco illoꝝ duoꝝ p̄t et ante aliud ꝟbum. ⁊ poſt aliud ver
bum collocari. ¶ Exemplum vt.
Amans. id eſt qui amat. Amaturus. id eſt qui amabit.
Amatus. id eſt qui amatus eſt. vel qui amabat̄. Amandus
id eſt qui amabit̄. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ eadem ſententia ex
primit̄ ꝑ ꝑticipiū p̄ntis temporis. et ꝟbum p̄ntis temporis.
¶ Item ſimiliter per ꝑticipiū futuri temporis in rus. et per
ꝟbum futuri temporis actiuū vel neutrale. ita etiam ꝑ ꝑtici
pium futuri temporis in dus. et ꝑ futuꝝ paſſiui ꝟbi. iſta ꝑ di
uerſa exempla a preceptoribus ꝓ pueris ſunt practicanda.
¶ Itē ſcipio affricanus. qui romanus. cōſul creabat̄ ꝓfuga
uit hanibalē. qui ytaliam deuaſtauit. ⁊ liberauit romā. que a
barbaris opprimebat̄. In hac oratione tria ſunt relatiua cū
ſuis verbis. loco quoꝝ elegantius ꝑticipia ponuntur. Hoc
pacto ſcipio affricanus. romanus ꝯſul creatus. hanibalem
ytaliam deuaſtantem ꝓfugauit. atqꝫ rhomam a barbaris

oppreſſam magnifice liberauit.

Duodecimum eſt de prepo
ſitionibus. Si caſuale prepoſitionis ſit ↄplexum ex adiecti
uo ⁊ ſubſtantiuo. tūc ipſa ꝑpoſitio venuſte ponit̃ in medio.
¶ Exempla ſunt. Maximas ad res iuſticia ↄducit. O rna
tiſſimo in loco ſpaciati ſumus. Juſtis de cauſis malefici pu
niunt̃. Jta quā ob rem. qua de cauſa. qua de re. Prepoſitio
non nūq̄ʒ ſuo caſuali poſtponitur. ¶ Exemplum.
Jllud eſt negociū. quo de multis in locis iudicatū eſt. Hic
eſt quo cū ſocietas eſt mihi gratiſſima. ita quo cum ⁊ qui cū
ꝓ cum quo. etiā mecū tecum nobis cū vobiſcū. etiā poſſunt
eſſe aduerbia. Jtē ea tenus qua tenus hactenus. que etiam
poſſunt eſſe dictiones. Et licet tullius ſepe numero vtat̃ de
et cū poſt ſua caſualia. non tñ in alijs ꝑpoſitionibꝰ illud imi
tandum eſt. ¶ Prepoſitio cum ſuo caſuali inter adiectiuū et
ſubſtantiuū venuſte locet̃. ¶ Exemplū. Ut ſumma in mar
cancijs exercēdis induſtria requirit̃ vide ſupra in fine primi
precepti. ¶ Jnter prepoſitionē ⁊ ſuū caſuale ornate gtūs (ſi
fuerit) collocat̃. ¶ Exemplū. Propter meritoꝝ amplitudi
nē ego te colui. Ad regis palaciū ꝑ viaꝝ multa diſcrimina
me trāſtuli. De principijs noſtri poña multi multa loquunt̃.

Decimumterciū ē de inter
iectionibus. Cū noſtris ſermonibus aliquā leticiā vehemē
tē aut triſticiā. aut admirationē vel indignationē. aut ſpē vel
timorē ſignificare volumus. idipm ꝑ interiectionē aptiſſime
faciemus Per interiectōes mētis nrē ſignificamus affectus
q̄bus therentiane comedie. aliorūq̄ʒ comicoꝝ libri pleni ſūt.
que ſi geſtu voce atq̄ʒ vultu recte fiant. magnā vim afferunt.
¶ Exemplū. Tullius. proch dij immortales vbinā gentiū
ſumus. quā rēpublicā habemus. in qua vrbe viuimus. The
rētius. proch deū atq̄ʒ hoīm fidē. q̄d eſt ſi hec nō ↄtumelia ē.
Vach q̄ʒ infelici celoꝝ ↄſtellatōe nati ſumus. ſi tā grauibus
moleſtijs. tāq̄ʒ duro marte ſꝑ cruciari debeamus. Jtem the
rentius. ducit ſecū vnā ꝟginem pape facie honoſta. Cū ve

hementē aliquē mētis ꝯceptū explicare cupimus. aut rē magis clarā ⁊ aptam demōſtrare volumus ꝑ ꝟba multiplicata id efficere poterimus ad quā rē ſentētiaꝝ ſynonima plurimū valēt. ¶ Exemplū vbi mētis ꝯceptus. nō dico mentis affectus ꝟbis ſimplicibꝰ explicaṫ. Quoniā litteraꝝ ꝟtutes tales eſſe ꝯſtat. vt totus mundus ex ipſis guberneṫ. te hortor atqꝫ rogo vt ad eas tibi ꝯꝑandas cures. vt viꝝ ex ipſis te p̄ſtantiſſimū reddas. hec ſententia ſic ex ꝟbis cum vehemētia multiplicari p̄t. Qm̄ litteraꝝ ꝟtutes tales eſſe ꝯſtat. ⁊ in oīm potentiſſimoꝝ fama ſꝑ extiterunt. vt ex ipſis vniuerſus terraꝝ orbis guberneṫ exornetur adiuueṫ et ꝯſerueṫ non ſolū te plurimū hortor atqꝫ moneo. verūetiam ꝓ ſūma noſtre familiaritatis ꝯiunctione maximopere te rogo oro et obſecro. vt ꝓ ipſis litteraꝝ ornamentis cumulatiſſime tibi ꝯꝑandis tantopere cures labores inſudes inuigiles atqꝫ incumbas. vt viꝝ ex ipſis te reddas preſtantiſſimū. Aliud exemplū. Poſt deū noſtrum omnipotentem et parentes qui me genuerūt nemi nem habeo quē magis te diligā. magis excolam. magis obſeruem. neqꝫ maiori q̃ꝫ te beniuolentia ꝯplectar.

# Quartumdecimum eſt de

auxeſi. ¶ Cum ꝑ noīa aut ꝟba multiplicata noſtrā orationē locupletare volumus. id ſumme obſeruandū eſt. ꝙ oratio ſꝑ creſcat et augeaṫ. vt qđ ſequiṫ maiorē vim ⁊ efficaciorē habeat q̃ꝫ qđ precedat. ¶ Exemplū. Therētius in andria Adeone me ignauū adeo ingratū aut inhumanū adeo feꝝ putes vt neqꝫ me conſuetudo. neqꝫ amor neqꝫ pudor commoueat. ¶ Therētius in eunucho. Pergis neſceleſta mecū perplexe loqui. Quid ais venefica. quid ais ſacrilega. ¶ Aliud exemplum. Cum iuſticiā eamipſam aptiſſime ꝯſtare videamus. ex qua oppida. ciuitates. ꝓuincie. nationes. regna. ac imperia gubernantur. conſeruantur. et amplificantur. Omnem igiṫ cogitationē diligentiā. fortunas noſtras. atqꝫ nosipſos totos libenter exponere debemus. vt eaipſa iuris equitas diligenter excolaṫ. Item hic in loco p̄cedentis p̄cepti exempla applicari poſſunt vbi per auxeſim dicunṫ. Rogo oro et

obſecro. Item gubernet exornet adiuuet et ꝯſeruet. Item ꝗꝫ magis te diligam excolam obſeruem ꝛc.

## Quintumdecimum eſt de

ꝯpatiuis et ſuplatiuis. Inter ꝯpatiuū et ſuplatiuū hoc inter eſt. qḋ ꝯpatiuū cum gtō plurali iungimus vtiqꝫ ſolum inter duo locum habere. ſuplatiuū ꝟo inter plura. Exemplū. Manuū meaꝝ fortior eſt dextera in ꝯpatiuo. et non fortiſſima in ſuplatiuo. ita quoqꝫ oculoꝝ meoꝝ acutior eſt dexter. et non acutiſſimus. Ita ecōtrario. digitoꝝ meoꝝ medius ē longiſſimus in ſuplatiuo. et nō longior in ꝯpatiuo. Ex quo infert. Laurentius hanc ſacre ſcripture orationem ineptam fides ſpes caritas maior hoꝝ caritas. quod dicendū fuiſſet maxima haꝝ vel maximū hoꝝ. ¶ Itē inepta eſt. qui maior eſt veſtrū ſit veſtrū minimas. cū dici debebat. qui. maximus eſt veſtrū ꝛc. Multa ꝯpatiua recte locata noſtras epiſtolas efficiunt ſplēdidiores. ¶ Exemplū vt ex oībus hominibus qui magnā tibi beniuolentie ꝯiunctionē ꝓfitent vnū tibi potiſſimū adoptaſti qui dignitatē tuā magnopetueret. cuius ſtudium ꝓ laude tua illuſtranda eīn extitiſſe conſtat vt neqꝫ maiorē operam. neqꝫ ſtudioſiorem curā. neqꝫ promptiorē diligentiā. neqꝫ ardentiorē beniuolentiā quiſqꝫ tibi preſtare potuiſſet. ¶ Suplatiua ꝓpter magnam reꝝ reſonantiā orationes noſtras reddunt ſplēdidiſſimas ſtilumqꝫ noſtꝝ magis amplū longū et optimū. ¶ Exemplū. vt ego. Caius lælius. Scipione meo tam familiariſſime ſꝑ fretus ſum. tam ſummopꝑe eum dilexi. vt ſumma cū ipſo ſim familiaritate cōiunctus. Nec iniuria qm̄ is ſummū ſꝑ mihi amorē preſtiterit ⁊ vigilantiſſimā ꝓ rebus meis diligentiā declarauerit. et ampliſſimā mihi libertatis benificentiā patefecerit vt nullū ſummū. hominis amantiſſimi et liberaliſſimi officiū preter miſerit. neqꝫ vllum maximū ꝓ ſalute mea periculū ſubterfugere voluerit. ꝛc. Compatiuo et ſuplatiuo non incōmode lōge et multo preponunt. ¶ Exemplum.

Iuſticia alijs virtutibus multo preclarior extitit. Marcus Cicero pre ceteris longe eloquentiſſimus euaſit. ¶ Multū

paucū modicum paulum paululum tm̄ q̄ʒtum. bene cum po ſitiuo. ſed nūq̄ʒ cum ꝯpatiuo ꝯſtructionem petunt. Sʒ mul to pauco modico paulo tanto quāto cum ꝯparatiuo et non poſitiuo locentur. ¶ Exemplum.

Demoſthenes grecoꝝ orator facundiſſimus. modico fuit tullio eloquentior. et non modicum. ¶ Quāto ſublimiores ſumus tanto nos geramus ſubmiſſius. non aūt q̄ʒtum et tā tum. Item huius anni frumenta paulo cariora fuere q̄ʒ pre cedentis. ⁊ nō paulum. ¶ Quiſqꝫ cum ſuplatiuo venuſte po nitur non cum poſitiuo et ꝯpatiuo. ¶ Exemplum.

Ut optimus quiſqꝫ. ſapientiſſimus quiſqꝫ. hoc eſt vnuſquiſ qꝫ qui eſt bonus ⁊ vnuſquiſqꝫ qui eſt ſapiēs. Et nō debet di ci. bonus quiſqꝫ ſapiēs quiſqꝫ. ¶ Item nō debet dici. oēs op mi ⁊ cuncti ſapientiſſimi. ¶ Reprobat hic Laurētius lactā tium dicentē. Nam et ſi ita eſſet placidiora queqꝫ animalia. Cum placidiora omnia animalia dicendum fuiſſet. Ut et ita duo requirūt ſuplatiua. aut nominalia aut aduerbialia. aut alteꝝ nominalem aut alteꝝ aduerbialem. ¶ Exemplū.

Tullius. Ut quiſqꝫ optime ſciret grece ſciret ita eſſe nequiſſi mum. Ut quiſqꝫ animi magnitudine maxime excellit. Ita maxime vult omnium princeps eſſe. Quintilianus quod vt longe optimum ita diffi cillimum. Reprobatur hic dona tus dicens vt quiſqꝫ miſer eſt ita ſenior videtur. Ibi nullum ſuplatiuum poſuit. ſed ꝯfuſionem ex poſitiuo et comparati uo fecit que oratio ita emendatur vt quiſqꝫ maxime miſer eſt ita maxime ſenex videtur. vel vt quiſqꝫ miſerrimus eſt ita an tiquiſſimus. ¶ Per cum poſitiuo. et q̄ʒ pro valde cum ſup latiuo iungi debet. idemqꝫ ponderis in ꝯpoſitionem habent ſed q̄ʒ pro q̄ʒtum cum poſitiuo ſolo locetur.

¶ Exemplum.

Ut. perpulcre per. docte. perdiligenter. Et non dicatur per pulcerrime p doctiſſime. ⁊c. ¶ Item q̄ʒ pulcerrime. q̄ʒ doctiſſi me. Dicit laurentius. ſi aliter penes autores reperiantur ſi bi obeſſe non debet. quia non negat aliquādo aliter factum eſſe q̄ʒ dicat. ſed q̄ dicit id frequentiſſime factitatum eſſe qui dem apud doctiſſimos.

# Decimum ſextum eſt de po

ſitiuis. ¶ Si poſitiua exaugere velimus addamus eis ꝑ ex vel per q̄ꝫ. vel in primis. ¶ Exemplum.
Carus mihi ſis et periocūdus vt aſſoles. Princeps noſter ꝑdulcis eſt et ꝑeffabilis. Viri perq̄ꝫ ſplendidi in primis ho-nore digni noſcunt̄. ¶ Negatio additur poſitiuo q̄ꝫ venuſte ꝯtrariam ſignificationem poſitiui tenens. ¶ Exemplum. Haud illepido ſ̄mone ſuū votum ꝯſecutus eſt. id eſt lepido ſ̄mone. Non mediocrē laudem apud ſenatores tullius orā-do nactus eſt. id eſt magnam laudem.

# Decimumſeptimum eſt de

ꝓprijs epithetis. ¶ Laudum titulos cuilibet hominum pro qualitate ſui ſtatus et meriti officij atq̄ꝫ dignitatis aſſignare per ꝓpria epitheta conandū eſt. que res ſi rite fiat ſummū noſtro ſ̄moni ſplendorē afferet. ¶ Ad iſtud preceptum bñ ſeruandū nedum in hominibus verꝝ et in alijs rebus omni-bus oportebit diligenter inſpicere et accurate ꝯſiderare que ſit natura reꝝ. que vis. que dignitas. que ve preſtantia ⁊ ex-cellentia. quibus notatis et ꝯgnitis tunc ydoneas ꝓprias et ꝯuenientes adiectiuationes in poſitiuo ꝯꝑatiuo vel ſuper-latiuo addemus illaꝝ reꝝ ſubſtantiuis.
¶ Exemplū in ſpūalibus. Scribendū eſt ſic. Sūmo pōti-fici. Sanctiſſimo ac beatiſſimo pri. ⁊c̄. Cardinalibus. Re-uerendiſſimo in xp̄o patri. ⁊c̄. Ep̄is ⁊ abbatibus in poſiti-uo. vt reuerēdo venerādo. Doctoribus theologie. Celeber-rimo viro doctori meritiſſimo. Juriſtis doctoribus. Spec-tatiſſimo pontificij iuris interpreti. ¶ Inferioribus clericis. Prudenti vel prudentiſſimo diſcreto vel diſcretiſſimo. Jta ꝓuido vel ꝓuidiſſimo. Sapienti ꝑdocto. Erudito vel eru-ditiſſimo. ¶ Exemplum in ſecularibus. ſcribendum eſt ſic. Jmꝑatori. Victorioſiſſimo et gl'oſiſſimo romanoꝝ imꝑato-ri. diuo et ſꝑ auguſto. ¶ Regi francie. Criſtianiſſimo prin-cipi. n. dei gratia francoꝝ regi. ¶ Alijs regibus. Sereniſſi-mo inclitiſſimo illuſtriſſimo, victorioſiſſimo, glorioſiſſimo.

¶ Ducibus. preclariſſimo et illuſtriſſimo principi.
¶ Exemplum. Comiti magno. Illuſtri. generoſo. prepotenti. Baroni. Generoſo. magnifico. prepotenti. Militi. Splendido generoſoq; viro ¶ Vel ſtrennuiſſimo et prepotenti viro ſi bellicoſus ſit.
¶ Exemplum. Mercatori.
¶ Spectabili ſpectato fidiſſimo magnifico.
¶ Conſulibus et burgimgris. Ornatiſſimo officioſiſſimo integerrimo grauiſſimo inſigniſſimo preſtantiſſimo peritiſſimo clariſſimo ſplendidiſſimo ꝓbatiſſimo. ⁊c.
Equalibus. ¶ Dilecto vel dilectiſſimo cariſſimo fidiſſimo cordialiſſimo facetiſſimo. amantiſſimo.
¶ De iſtis diuerſarum ꝑſonaꝝ titulis habetur in quodam paruo tractatulo quem ex diuerſis collectum curaui.

¶ Aliud exemplum in laudem ciceronis.

¶ Quoniam in marco. T. Cicerone ſummo ⁊ celeberrimo quidem oratore. tanta erat dicendi vis. tãta eloquẽtie facultas. tanta agendi ratio. tanteq; cõſtabant orationis eius diuitie. Ut in ipſo eſſet acutũ ingenium. graues ſententie. Intenta memoria atq; geſtus oratorius. vt omnia poſſet animo ꝑcipere. memoria cuſtodire. rempublicam adminiſtrare et alia cetera gubernare. Ergo ipſe cicero fuit diuina prudẽtia inſtructus excellenti ingenio preditus. Incredibili animi fortitudine munitus. Ingenti temperantia decoratus maxima integritate conditus. ſingulari modeſtia illuſtratus. gratiſſima humanitate prepoſitus. et vt omnia ꝯplectar cunctarum virtutum generibus nobilitatus. ¶ Non ſolum hominibus verum omnibus rebus ꝓ ſuis naturis atq; preſtantijs diligenter cognitis adiungere debemus. ꝓprias et condignas adiectiuationes. poſitiuas ꝯparatiuas ⁊ ſuplatiuas. ¶ Sic dicimus.
Celum ingenerabile incorruptibile et volubile.
Elementa generabilia et corruptibilia.
Ignem calidum. Aerem humidum et perſpicuum.
Aquam frigidam. Terram ſiccam.
Niuem albam. Coruum nigrum. Mare ſalſum. ⁊c.

¶ Hec precepta inter oēs doctiſſimos. diuinus ille. Maro accuratiſſime ſeruauit. qui adeo conferte adeoq̄ copioſe ꝓprijs epitetis ſua ↄſperſit carmina. vt vix verſiculus ſit. qui non mellis inſtar illoꝝ dulcedine roret. aut ſententiarum grauitate ſplendeſcat.

¶ Ex bucolicis virgilij.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Patula | fagus | Malum | contagium. |
| Denſa | corilus | Sacri | fontes. |
| Nuda | ſilex | Opacum | frigus |
| Alta | cupreſſus | Leuis | ſuſurrus |
| Lentum | viburnū | Alta | rupes |
| Amara | ſalix | Palūpes | rauce |
| Stipula | tenuis | Turtur | gemens. |
| Dulce | aruum | | |
| Dulcis | nati | Cerui | leues |
| Tener | agnas | Piſces | nudi |
| Tener | fetus | Poma | mitia |
| Pinguis | victima | Caſtanee | molles |
| Limoſus | iuncus | Lac | preſſum. ꝛc. |

¶ Ex eneyde virgilij dicentis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Antrum | vaſtrum | Sagittas | celeres |
| Ventos | luctātes | Timorem | meſtum |
| Tempeſtates | ſonoras | Mare | veliuolum |
| Arcem | celſam | Mortem | pallidam |
| Noctem | atram | Lincem | maliculoſam |
| Ignobile | vulgus | Apros | ſpumantes. |

# Decimumoctauū eſt excep

tio a tercio precepto. ¶ Oratio ꝑfecta non ſolū in fine verbi ſemꝑ habebit. verū etiam ſignum aliqđ vniuerſale. Aut ꝯparatiuum aut ſuꝑlatiuū. nominale vel aduerbiale.

¶ Exemplum de ſigno affirmatiuo.

Que tu mihi mandaſti perfeci omnia.
Item mandato tuo obtemperant omnes.

¶ Exemplum de ſigno negatiuo.

Paucnisi mors mihi adimet nemo.

Ego callidiorem hominem vidi neminem.

¶ Exemplum de ꝯparatiuo.

Ut pauco tꝑe petrus factus ē multis laboribus eloquētior

¶ Exemplum de ſuplatiuo.

Longe aliꝭs plato euaſit doctiſſimus.

Item que nobis precepta ſunt faciamus diligentiſſime.

## Decimumnonum eſt in re

leta. ꝟbis triſtibus. Et in re triſti ꝟbis letis minime vtamur ¶ Natura em̄ non patitur vt cū graui aliquo merore premi mur. verboꝝ oblectationi vocare poſſit animus. Rem igit triſtem ꝟba triſtia. ⁊ rem letā leta decent. Hoc elegantiſſime teſtat oratius dicēs. Triſtia meſtū. vultum ꝟba decēt. Iratum plena minaꝝ. Ludentem laſciua ſeuerum ſeria dicta.

## Vicesimum eſt de clauſula

finali materie noſtre. ¶ In fine noſtre orationis aut epiſtole ponendum eſt aliquid. quod auditoribus rem gratā efficiat eorumqꝫ animos vehementius (ad id quod petimus) alliciat. ¶ Curandum eſt vt epiſtola noſtra aliquo egregio dicto ꝯcludat. quo facto nequaqꝫ vlterius ꝓcedat ne grā illa (quā bn̄ ſcribendo nacti ſumus) ꝑdatur. ¶ Exemplum.

Quod ſi feceris polliceor me fore nōmodo ꝑatum veꝝ ꝑcupidū placere obtemperare. moremqꝫ gerere tibi ſi qn̄ erit ꝙ potero tuis votis ꝯplacere. Quod ſi meaꝝ precū gratia effeceris. nūqꝫ me inuenies facti fauoriſqꝫ immemorē. ¶ Quod ſi feceris cogita nullam rem tam arduam. quā ꝓ te non putabo leuiſſimam modo in aliquo intelligo officium meum tibi ꝓfuturū. ¶ Si quid erit in quo poſſim meo officio tibi placere. cognoſces me tibi rebus tuis amicum eſſe. vt beniuolentia nemini tuoꝝ cedam. ¶ Hec et multa ſimilia ex epiſtolis familiaribus tulliꝭ colligi poſſunt.

[Formulae claus…]

## Elegantiaꝝ precepta viginti finiunt.

WR 284

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

gefördert
durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg